Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uestitura. n. 3. de not. feud: Dec. cons. 222. n. 9. cons. 486. n. 10. Cepol. cons. 597. n. 8. & cons. 772. n. 5 & seq: Weh senb. cons. 12. n. 2. & seq: cons. 14. n. 7. cons. 15. n. 95. & seq: & cons. 23. n. 57. & Del. quos citat Mascard: de probat: vol. i. conclus. 108. n. i. Menoch: de praesumpt: lib. 3. praesumpt. 132. n. 71. ad fin. facit quod in specie tradit Alciat: respons. 163. n. 12. Ubi dicit, credendum esse actum, qui ante tempus immemoriale gestum sit, fuisse in casu licito gestum, etiamsi talis actus regulariter sit illicitus, per Del. in c. cum apostolica extr. de his, quae fiunt a praelat: Alex: cons. 6. libro. i. Afflic. d: decis: 305. n. 13.

Imo etiam post decursum tempus immemoriale Domini consensus non uidetur amplius in considerationem habendus etiamsi agatur de ipsius praeiudicio, per not: Grauet: d. tract: de antiquit: temp: part. 3. §. Venio nunc ad tertium. n. 19. quem sequitur Menoch. d. praesumpt: 132. n. 71. ad fin.

Deinde ob id etiam praesumi deberet hoc casu Dominum directum Venditioni huic (in Emptorem omnesque eius haeredes:) consensisse